e-codices

C ircundatoq; me brachiiſ: meum collum circu͞mplectere
Ar T en complectatur carnifex. Li Q uero indignuſ uideor
N e iſtuc nequicq͞ dixeris tam indignum dictum in me
V eheſ pol hodie me ſiquidem hoc argentum ferre ſpereſ
Ar T en ego ueham? Li tun hoc feras argentum aliter a me?
Ar P eriij hercle ſi uerum eſt quidem decorum herum uehere
S eruo inſcende. Li ſic iſtuc ſolent ſuperbi ſubdomari
A ſta igitur ut conſuetus eſ puer olim: ſcin ut dicam?
H ec ſic abi laudo. nec te equo magiſ eſt equuſ ulluſ ſapiens
Ar A ſcende actutum. Li ego fecero. hem quid iſtuc eſt ut te idem iſ.
D emam hercle iam de ordeo tolutim ni uadizaſ. Ar amabo libane
I am ſat eſt. Li nunq͞ hercle hodie exorabiſ.
N am iam calcari quadrupedem agitabo aduorſum cliuom
P oſtea ad piſtores dabo ut ibi cruciere currenſ.
A ſta ut deſcendam nunc iam in procliui q͞q͞ neq͞ eſ.
Phi Q uid nunc? quoniam ambo ut eſt libitum nos deluſiſtiſ
D atiſ ne argentum? Li ſiquidem m͞ ſtatuam & aras ſtatuiſ.
A tque ut deo mihi immolas bouem. nam ego tibi ſaluſ ſum
Le E tiam tu here iſtunc amoue abſ te: atque ipſe me adgredere
A tque illa ſibi que hic iuſſerat mihi ſtatuiſ ſupplicasq;
Ar Q uem autem deum te nominem. Le fortunam atq; obſequentem
I am iſtoc eſt melior. Li an quid eſt homini ſalute melius
Ar L icet laudem fortunam t͞n ut ne ſalutem culpem.
Phi E caſtor ambe ſunt bone. Ar ſciam ubi boni quid dederint
Le O pta id quod ut contingat tibi vis. Ar q͞ ſi optaro. Le eueniet
Ar O pto annum hunc perpetuum mihi huiuſ operaſ. Le impetraſti
Ar A in u͞o? Le certe inq͞. Li ad me adiſ uiciſſim atq; experire.
E xopta id quod uis maxume t͞ euenire fiet
Ar Q uid ego aliud exoptem ampliuſ niſi illud quoiuſ inopia ē
V iginti argenti commodaſ minas huiuſ quidem matri
Li D abuntur animo ſis bono. facile exoptata obtingent
Ar V t conſuere homineſ ſalus fruſtrat͞ et fortuna
Le E go caput huic argento fui hodie reperiundo.
Li E go peſ fui. Ar quin nec caput nec pes ſermonis apparet
N ec quid dicatis: nec me quor ludatiſ ſcire poſſum
Li S atiſ iam deluſum cenſeo. nunc rem ut eſt eloquamur

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 26v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/26v)